

Rok 1434

Przywilej dla Nura

Boleslaus Dei gratia Dux Masoviae et Russiae Terrarumanec non Varsaviensis, Wyssogrodiensis, Ciechanoviensis Dominus, et Haeres Czernensis Signifikamus tenore tam praesentibus quam futuris harum notitiam habituris, guibus expedit generaliter universis : cum supremo opere cupientes bona ducatus Nostri insessanter ampliare, et spesialiter civitatem Nostram Nur, et inhabitatores in ipsius civitatis locatos et locandos nostra pietate ducali conveta et ex prerogativa singulari visitare, ut ipsa civitas illustrata libertatibus et juribus inferius adnotatis et descriptis eo aptius et celerius posset collocari, et in ubiores fructus deduci et converti, infra scripta jura et dotata omnibus incolis et inhabita toribus praedictae civitatis Nur et praemissum elocatis locandis gratiose duximus. Concedendum ut per tenorem praesentium concedimus eisdem civibus sive civitati Nur inha-tatoribus per Nos et Nostros Successores temporibus perpetuis in concessione et inviolabiliter conservanda damus, igitur et hetenus conferimus gratiose civibus Nur ante annotatis, in omnibus causis, tam magnis quam parvis, videlicet, furti, homicidii, incendii, membrorum mutilationis, violationis, stupri, falsae monethae, ponderis et mensurae, caetersque vitiis, quibuscumque nominibus nuncupentur, iuxta excessum malefactorum et meleficorum in granitibus et metis memora tae civitatis perpetratorum vel perpetrantium, inter homines praedictae civitatis nec non inter homines ad praedictam civitatem spectantes et pertinentes, judicandi, sententiandi, puniendi, et condemnandi plenam et omnimodam potestatem, prout ipsorum jus originale Theutonicum Cumense in omnibus suis articulis, punctis, conditionibus, et clausis postulat et requirit. Iterum tamen hac conditione interdum, si quod absit a Nobilibus vel militibus quibuscumque Domini Nostri scelus aliquod ex praemissis et aliis quibusvis in civitate Nostra jam descripta contigisset perpetrare, vel in metis ejusdem civitatis ad judicium civile judicare, minime ad trahatur, quos munificentia Nostra per Nos aut Barones Nostros praejudicio discernere reservabit; verum aliquo melaificio peragendo ali quis extraneus, puta militaris, rusticus episcopalis, et monarchalis, per homines dictae civitatis detinendus, ipse judicio civili judicetur, si autem praefato melaificio idem extraneus ut praedicitur detentum praedictae civitatis effugerit, et juri per aedicto civili parere voluerit, extunc causa de ipso more solito judicialiter definita tam diu malefactori ingressu civitatis et granitierum ejusdem civitatis libere carebit, donne realis et debita satifacito per eundem malefactorem peracta fuerit civitatis memoratae, alioquin si melafactor hujus mundi contumax et rebelis in ipsa civitate, et granitibus suis praedictos cives quandocunque temporibus suis petarit detiniri, juxta excessum ipsius et delictum quemadmodum jus civile determinaverit pauniatur praeterea homicida, quod absit, inter dictos homines civiles occurrentes, sine aliquo impedimento Nostrorum Procuratorum tam in corpore eorum quam bonis, allis de rebus quibuscumque, more solio et civili judicentur.

Item deinceps memoratis civibus Nostris per omnia loca Theleneorum damus sine omnium exactione Theleneorum in dominio Nostro transitum liberum et securum in Theloneis in terra Nostra institutis, sicque per ipsa loca Theleneorum cum ipsorum propriis mercibus et institoriis libere transibut toties, quoties ipsis videbitur expedire, hac tamen conditione interclusa, quod cum extra metas ducarus Nostri Masoviae, cum mercibus suis ante dictis versus partes alienas quascunque intenderent proficiisci et transire, tunc Thelonea Nostra juxta consuetudinem ante vigentem in Nostris dominio et ducatu dare, et solvere tenebuntur.

Item damus et praesentibus gratiose conferimus inhabitatoribus Nur praeconceptae civitatis balneum liberum, et prorsum omni Nostra exactione solotionis pro utilitate praedictae civitatis et ipsorum Rectorum augendi, construendi, et ipsos civitatem ac Rectores ejusdem pacifice ac quiete possidendi, ita tamen quodvis semper pro Nostra Nostrorumque successorum familia unam diem balneam, et in eodem sine extraditione alicujus pecuniae in septimana qualibet reservamus.

Praeterea damus et praesentis scripti patrocinio approbamus, et appropriamus praedictae civitati et ejus civibus, qui pro tempore fuerint, rasorium vulgariter nuncupatum, de quo rasorio praedictate civitatis, cives singulis annis perpetuis temoribus censum solvi consuetum recipient et pro utilitate praedictae civitatis convertent.

Incaetera conferimus inhabitato toribus saepius repetitae civitatis stateram ac pondus, quod vulgaliter Waga dicitur, si quod ab eodem pondere ob utilitatem et inexonerationem saepe dictae civitatis censem solvi consuetum tollent, recipient et sine omni impedimento Nostro tenebunt; harum quibus sigillum Nostrum magis se Nostra certa scientia est appensum, testmenio literarum.

Actum et datum in Nowogrod feria sexta proxima, post festum S. Mathei evangelistae, Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, praesentibus nobilibus viris : Ziemark de Celesino Judice Ciechanoviensi, Michale de Ziemianczyce Varschaviensi, Santhone de Krabino Ciechanoviensi Succameris, Niclao de Gnatowice, Nicolao Broda, aliisque quam plurimus Nostris fideelibus, fide dignis testibus; praemissa scriptum per manus Stephani Nicolai de Mniechowo Praeposit Varschaviensis et Cancellariae Curia Nostrae, qui presentiam habuit in commissis.

Przedruk (z) Przywileje nadania i swobody przez Królow Polskich, Xsiążęt Mazowieckich i Biskupów Płockich udzielone miastom Wojewodztwa Płockiego, zebrane staraniem W. H. Gawareckiego, Warszawa 1828.

Przywilej ten potwierdził Stanisław August Poniatowski 8 czerwca 1764 roku w Warszawie.

Objaśnienie tekstu Łacińskiego:

Bolesław Książę Mazowiecki ogłasza do powszechniej i wiecznej wiadomości, że obdarowuje mieszkańców

Nura przywilejami miejskimi .

Obszernie i szczegółowo omówione są uprawnienia sędziego miejskiego i prokuratora , rodzaje kar za przestępstwa i wykroczenia mieszkańców. Nie mogą osiedlać się w tym mieście: banici , włóczęźdy i poddani z dóbr królewskich i biskupich.

Nur otrzymuje prawo posiadania do powszechnego użytku : wagi , postrzygalni sukna i łaźni .

Dokument sporządzono w Nowogrodzie po święcie św.Mateusza ewangelisty w 1434 roku w obecności 5 wymienionych z nazwiska i stanowiska świadków.